

1770. 1. Ottobre

# VOTO FISCALE

## NELLA CAUSA

De' Nobili Signori Fratelli Scolari.

C O N T R O

La Comunità di Maggiate Supe-  
riore.



Etentio clavium cuiusdam Oratorii sub titulis Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Sancti Quirici, seu, ut a Communitate Matiati Superioris asseritur, duorum Oratoriorum, quorum alterum sub altero ex supradictis titulis erectum est in Castro supradicti Loci Matiati Superioris penes Doctorem Gaudentium, & Canonicum Josephum, aliosque Fratres de Scolariis, hujus eorum Supremo hoc Ordine instituendi judicij caussam præbuit. Libertatem etenim eorumdem Oratoriorum vindicatura laudata Communitas, proque ea Doctor Joannes Baptista Viarana ut ejusdem Procurator ad hoc specialiter Delegatus in vim Mandati diei 30. Aprilis 1765. (1), obtentis delegationis Litteris in alterum ex Amplissimis hujus Ordinis Patribus dictos Fratres ad disputatas claves sibi, quippe in mandatorum Oratoriorum possessione, in qua esset manutinenda, & ubi opus, reintegrandae, constituaræ cedendas, ut apud Parochum existarent, suorumque quæstitorum iurium fidem faciendam adigi petiit (2), qui cum judicio sisterent se ab ejusdem observantia fore absolvendos potissimum in primis opposuerunt, tum ex eo quod necessaria cæteroquin ad quancumque habendam item a Communitate obtenta non fuerit Fisci assensio, tum ob defectum Mandati, quo ex pluribus infra dicendis rationibus instructum non esse Actorem Joannem Baptistam Viaranam probare adorti sunt. Quoniam tamen edidit postea Fiscus dñmpe 27. Junii Anni 1767. ad preces Communitatis supradictæ suum votum, quo animadversum fuit, licet ipsa de nullo Patronatus jure super dictis Oratoriis fidem fecerit, potiores potius in hac re Parochi partes esse deberent, id posse nihil secius eidem concedi, ut adversus nonnullos particulares prædictam quæ semper præsumitur defenderer libertatem, salvo Fisci jure suos iterum, visis mutuis Partium propositis exceptionibusque, sensus aperiendi, hac prima dereli-

A

ata

(1) Sum. n. 141. ad 157.

(2) Sum. num. 10. 373. 618.

ta oppositione, in defectu Mandati confiterunt, prætereaque subordinate ad merita caussæ quod attinet, de quibus tamen per antea esset agendum, quam definita priore de Mandato quæstione, se in dicti Oratorii possessione ex eo manutenebendo dixerunt (3), quod jus Patronatus in eodem sibi competenter, licet formalem ejusdem discussionem aggredi nolle protestati fuerint (4), variisque idcirco adductis, deductisque argumentis tum ad nullitatem Mandati ex una, & validitatem ex altera parte, tum ad probandum, reprobandumque in dictis Fratribus jus Patronatus; tandem per Communitatem fuit (5) expostulatum, ut eodem tempore, quo de Mandato, de laudato quoque Patronatus jure, quod sui favore satis clare probatum assuerant dicti Fratres, cognosceretur; proindeque Ordinatione diei 7. effluxi Augusti, & circa principalem articulam Mandati, & circa merita Caussæ in Actis subordinate proposita Fisci Votum fuit excitatum.

Ad trutinam propriea revocari omnibus hinc inde allatis rationum momentis, licet in altera ex agitatis quæstionibus obtinere possint Fratres litigantes, cadere tamen debere in prima, ad Mandatum scilicet quod attinet, Fiscus arbitratur.

Præmittendum idcirco dueri de hoc Mandato ad instituendam item ex Ordinatione Communitatis convocationem subsecutam constare (6), atque actus hujusmodi viribus haud carituros, nisi legitime consilium habitum non fuisse apparuerit. Eorum itaque, quæ ad hos conventus necessaria sunt, investigatio, quid de prædicto Mandato ad item semperendum sit, edocebit.

Inter haec porro ea prima recensetur conditio, ut Judicis, vel alterius Superioris autoritate confirmantur. Secundo, ut congregentur in loco publico solito, & consueto, nec non die ad hoc præstituta (8). Tertio, ut omnes five Consiliarii, five de Populo, quod per Capita dicuntur, prout de diverso negotiorum genere agitur per forum tubæ, vel campana, vel voce Praeconis juxta Loci consuetudinem ad Confluum vocentur (9). Ultimo tandem, ut eidem due ex tribus, five Decurionum, five Populi partes interveniant (10); refertur enim ad univerlos, quod publice sit per majorem partem (11).

Singula nunc ex supradictis observata fuisse, nihilque omnissimum in hac Communitatibus convocatione diei 20. Aprilis 1766, ex diligenti ejusdem examine aperte constabit. Eadem in primis interfuit Doctor Joannes Baptista Viarana Locumtenens Egregii Novariæ Prætoris (12). Habita fuit die 20. Aprilis, quæ fuerat indicta in publica platea dicti Loci (13), quo convenire Populus ubique solet de rebus communibus pertractaturus; vocatos deinde omnes fuisse per publicationem, atque affixionem primo proclamatis præcedenti die factam, liquet ex Re-

(3) Sum. n. 532.

(4) Sum. n. 188.

(5) Sum. n. 696.

(6) Sum. n. 163.

(8) L. 6 Cod. de Deleg.

(9) Losæus de jure universit. p. 1. cap. 3. n. 73. ad 77.

(10) L. 3. & 4. ff. quod cu-  
jusque univ. nom., & Losæus  
loc. cit.

(11) L. 160. §. 1. de reg. jur.

(12) Sum. n. 142.

(13) Sum. n. 141.

3

latione eidem Actui inserta (14); deinde autem per sonum campana immediate ante convocationem editum ex Attestatione 27. Julii 1767. (15), cui nihil fuit a Fratribus Scolariis ad hoc, quod attinet oppositum: quæ demum vocatorum pars, vel per se, vel per Procuratorem, quod non veritum ut ex infra dicendis apparebit, præsens adfuerit ostenditur si, qui in eadem nominati sunt, attendantur (16), nec non ex iis præcipue, que ibidem habentur (17), ubi ut supra adstantes tres ex quatuor Populi partes componere dicuntur, cui assertioni, si, subscriptione Notarii accedente, habenda fides est (18), eo fortior in præfentia evadere posset dicta probatio, quod in actu convocationis hoc refertur, qui a Substituto Cancellarii Communitatis coram prædicto Locumtenente fuit subscriptus, quorum singulis notum fuisse præsumitur, an congregati duas tertias partes componerent (19). Licer autem revera plerique ex nominatis sui copiam non fecerint, Mandati tamen ope sibi per æquipollens prospexerunt (20), quod & suscepimus a Joanne Baptista, & Xaverio Viarana, & in Consilio productum. Novum autem non est, ut Procuratorium Officium in hisce casibus interveniat, maximeque, ut habitantes extra Locum personas eligant, quæ valeant pro ipsis adesse in convocationibus (21).

Confecta nihil feciis nondum res est, nisi Superioribus eorum, quæ opposita fuerunt per Fratres Scolarios, disquisitio acceleretur.

Afferunt ipsi primo notandum esse supralaudatum Locumtenentem Joannem Baptistam Viaranam duplicitis persona officio functum fuisse, Judicis nempe, & Partis; deinde cum de proprio ejusdem interesse ageretur, non potuisse concioni uti Judicem assilere, aut saltem ab omni Parte integrum se servare debuisse (22). At praterquamquod privaram ibidem non fuisse, propriamque dicti Viaranae cauissam jam superiori Voto suo observavit Filius, in quo Communitati contra dictorum Fratrum conatus propugnare induxit, rota corruit difficultas, tum ex eo quod locum tenentes plerunque ex loco, in quo tale munus adimplere debent eliguntur, ex quo sequeatur aut numquam posse hisce, similibusque consiliis intervenire, quod quotidianæ praxi resisteret, aut duas necessario sustinere Partes posse, quod in hujusmodi casibus nullam tunc exercente Judice contentiosam jurisdictionem absolum videri nullo modo debet; tum etiam quia in pluribus aliis consiliis una, eademque fuit & Judicis, & Æstimati, uti appellantur, persona, quod deducitur ex Attestatione 3. Septembri 1767.

A 2

(23)

(14) Sum. num. 145.

ter DD. Comites Belgijosse ex una, & Communitatem Sartianæ ex altera.

(15) Sum. num. 375.

(16) Sum. n. 146. ad 159.

(10) Sum. n. 146. 147.

(17) Sum. n. 158.

(21) Ut desumitur ex Ord. 22.

(18) Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 8., Losæus de jur. univ. part. 1. cap. 3. n. 77.

Junii 1663. relato in Grid.

(19) Decis. 18. Junii 1722. referente Richelmi in Caussa in-

Mediol. pag. 55.

(22) Sum. n. 182. 484.

4

(23), cui non solum a Fratribus prædictis non fuit contradic-  
tum, sed & de hac re idem interrogati (24), id evenisse  
confessi sunt, licet de aliis rebus, non de promovenda liti,  
quod tamen nihil interesset, in illis casibus actum fuisse asse-  
ruerint (25).

Ad locum dēinde quod attinet, angulum quemdam dicta convo-  
catione iñservisse contendunt (26), quem esse situm insuetum  
pro similibus habendis conventibus demonstrare voluerunt At-  
testatione 5. Septembris 1767. in fine (27). Plurā tamen  
quasi turmatim occurrunt, quibus ad hæc respondentur.  
In primis enim edicto, quod quisque jure aliam exhibuit  
Communitas fidem diei 27. Junii 1767. (28), qua in platea  
publica hoc contingit affirmatur, proindeque etiam quoties  
hisce testimoniis fides habenda esset, variantibus illis, ab eo  
non esset recedendum, quod totius actus contextus referat.  
Deinde narratus angulus est ne in platea, an extra illam? Si  
primum, hoc sufficit: aut probare debuissent certum in platea  
ab eo angulo remotum situm esse specialiter ad hoc designa-  
tum; si alterum, firmioribus opus erat probationibus, nec  
sufficit simplex fides incertis dubiisque concepta verbis, nec  
enim quanam fuerit convocatio, de qua ibi mentio fit, quid  
in ea dispositum, quorum iussu, quibusve praesentibus habita  
fuerit, uti & alia plura nulla omnino ratione omittenda ex-  
ponuntur, sicuti eam perlegenti constabit.

Certius putant de alia nullitate, quod alii, uti loquuntur *Asti-*  
*mati*, citari non apparent, atque praesentes solum duo fuerint,  
Joannes Baptista scilicet, & Xaverius Viarana una cum Antonio Tozino Consule, & duobus testibus (29), qui duo nul-  
la ratione sufficere deberent, tum quia Communitas prædicta  
viginti sex confaret *Astimatorum*, producta ad hoc comprobandum fide 20. Augu*sti* 1767. (30), tum quia quodcumque  
Confilium tribus saltem personis constitutum (31). Opus ta-  
men non est in hisce immorari diutius, falsum enim esse omis-  
sum fuisse citationem prædictam ex supra notatis edocetur.  
Mandata deinde, de quibus supra facta est mentio, cetero-  
rum *Astimatorum* absentiam satis abunde suppleverunt inspecto-  
non solum numero illorum, qui illa emiserunt, uti fidem  
etiam supradictam per Scolarios editam cum eidem conferen-  
do clare probatur, sed & usu, praxique ibidem recepta (32),  
ulteriusque dicti Fratres iniciati non sunt (33), aliquando in  
istis Confiliis *Astimatorum* solum Terrigenas intervenire, quos om-  
nes saltem Procuratoris ope sui copiam fecisse constat, si Fra-  
tres Scolarii, contra quos erat agendum, excipiuntur.  
Reliquia omitrantur, qua a Communitate Superioribus adjuncta  
sunt (34), quippeque fide solum privata nituntur, uti & ea,

(23) *Sum. n. 244.*

(24) *Sum. n. 72. 592.*

(25) *Sum. n. 636. 638.*

(26) *Sum. n. 182. in fine.*

(27) *Sum. n. 577.*

(28) *Sum. n. 72. 373.*

(29) *Sum. n. 182.*

(30) *Sum. n. 534.*

(31) *Sum. n. 485.*

(32) *Juxta cit. Ord. 28. Junii*

1663.

(33) *Sum. n. 638.*

(34) *Sum. n. 424.*

quæ a laudatis Fratribus contra dicta Mandata ulterius opposita fuere, vel enim eo hæc tendunt, ut probent neminem per Mandatum suu copiam in illo actu facere potuisse, & supervacuum est supra dicta iterum in medium proferre contrarium plenissime demonstrantia, aut ut saltem non potuisse ad litem instituendam prodesse ostendunt, & de hoc inferius erit dicendi locus.

His ita constitutis, facilius est ea diluere, quæ desumuntur: primo ex reticita in futuri Concilii edictione caussa, cur esset ad illud deveniendum (35), deinde vero ex cognatione spirituali inter duos illos Aëstimatos Joannem Baptistam, & Xaverium Viaranam intercedente, quasi Gridarium, uti & Ordines Senatus Mediolanensis refragentur (36); nullibi enim hanc caussæ specialem expressionem necessariam esse cautum est; cognationem autem illam non obstat eadem, que supra citata sunt loca manifeste evincunt, atque in primis Ordo 17. Novembris 1603. non aliud prohibet, nisi electionem in Sindycos eorum, qui debitores sunt Comunitatis, vel sint Filii, vel Fratres eorum: Proclama deinde Comitis Colloredi 27. Julii 1723. constituit, ut Consilio Communitatum interesse non possint dicti debitores, & ut, ubi tractari contingat de lite aliquius, tunc ejusdem sanguine juncti usque ad quartum inclusive gradum interesse nequeant (37), quæ an ad rem faciant, nec demonstrandum.

Dicta hac sunt pro laudati Consilii validitates; inde enim necessario fluit, ut ab initio adnotatum Mandato in eo dato sibi ad hoc promovendum judicium Joannem Baptistam Viaranam, uti potuisse, ut legitimus contra Fratres Scolarios procuratio nomine contradictor evaderet. Ne quid tamen omittatur, illud quoque adnotat Filius Fratres prædictos. præterea additum Mandatum a dictis Aëstimatis emissum non modo non fuisse specificie ad lites, quod ceteroquin requireretur (38), proindeque dici non posse aliud Mandatum a dicto Xavero Viarana laudato Doctori Joanni Baptista Viaranæ in hoc iudicio agenti ad litem expresse datum (39) fuisse a duabus ex tribus partibus ad litem editum, sed & præcipue ab eiusdem mandantibus fuisse revocatum, proditis ad hoc comprobandum declarationibus 27. 29. & 30. Maj. 1767. (40), uti & duobus supplicibus libellis Fisco porrectis (41). In alio decem ex prædictis Aëstimatis professi sunt Mandatum Xavero Viarana a se datum fuisse unice, ut Consilio ipsorum nomine intervenire de rebus Communitatis habendo, non ad litem instituendam de rebus Communitatis habendo, non ad nitatis utilitas, proindeque ubi opus illud expresse revocaverunt, eo insuper addito nulla ratione impensas in lite factas, aut facientes a Communitate subeundas: in istis autem non nulli alii Aëstinati petierunt, ut ab impensis hujusce litis su-

(35) Sum. n. 182.

A 3 (38) Sum. n. 486. linen

(36) Sum. n. 488.

(39) Sum. n. 163. linen

(37) Utii habetur in adnotatione  
ad supra cit. Ord. 1603. p.  
nes Magno Foffati.

(40) Sum. n. 178. linen

(41) Sum. n. 562. ad 574. linen

6

stinentibus ipsi absolverentur ea ratione innixi, quod ipsi nunquam mandaverint neque Xaverio Vianarae, nec cuiquam alii, ut Consilio ipsorum nomine interesset, quod propterea convocatum fuerit sine ipsorum approbatione uti, & quia Mandatum a nonnullis aliis datum, ab eisdem ut supra mandatoribus fuerit revocatum.

Satis tamen superque, si de prima exceptione agitur, responsum videtur ex iis, quae supra adnotata sunt, usu scilicet Mediolanensi receptum esse, ut absentes Procuratorum auxilio utantur. Ast cum ignorare non potuerint hi mandantes, qui sufficientes numero erant fieri aliquando posse, ut Consiliu convocati instituenda litis sit exitus, ad hunc quoque cogitasse censendi sunt, qui pro rebus Communisatis pertractandis illud dederunt, nisi ab hisce rebus litis ad ejus jura tuenda exulare jubeatur, proindeque quod a Xaverio Vianara Joannes Baptista suscepit Mandatum, non tam ab eodem, quam a ceteris, quorum vicibus ille fungebatur, suscepisse est dicendum. Meliorem sane neque exitum fortiri possunt laudatae & declarations, & preces; non enim concipi potest, quomodo his precibus non ab his, qui Mandato supradicto subscripti sunt datis, ut eruitur ex eorumdem cum dicto Mandato collatione, exceptis Monialibus Arona, quae utrobique cessare, vimque amittere debeat Mandatum Communisatis nomine legitimae congregatae datum, qui si Consilio non interfuerint, licet rite vocati de se potius conqueri debent, quam actus publici autoritatem intentare. Ad revocationem autem quod spectat, præ oculis habendum est in Consilio fuisse datum Mandatum, proindeque non aliter, quam per aliud Consilium posse revocari, ne in arbitrio uniuscuiusque privati sit positum, his quae congregatis semel placuerunt, & per Consilium edita sunt contradicere, maxime cum fieri potuerit, ut nova habita concione alii factem, qui prime non interfuerunt ad prosequendam item, iterum conseruent præstant; & licet proferant proprium Mandatum non fuisse ad item instituendam, audiendi non sunt, quippe contra proprium factum venientes generali Mandato satis expressum: qua propterea sufficere debent, quin opus sit commorari in iis, quae a Communitate ad eorumdem Documentorum fidem evellendam adducta sunt  
(42).

Majoribus sane difficultatibus obvoluta videretur quæstio circa Causæ merita, scilicet circa Patronatus jus ad prædictam narraturum clavium retentionem a dictis Fratribus in medium prolatum: non ignorat siquidem Fiseus favorabilem esse debere Ecclesia Causam, majoremque, quoad fieri potest, beneficium Ecclesiasticis libertatem adferri oportere, atque jupatronatus inter privilegioria censeri, quæ sicuti in facto consistentia non presumuntur, sed indigent probatione. Ast & illud dissimilare non potest haec non tanti valitura, ut Patronorum jura tolle re valeant, quippe quibus legitime quæstis fraudem fieri aequo inustum esset, ac iniustum sit liberas Ecclesias in quamdam veluti

veluti servitatem redigere (43). Hæc propterea eidem pensanti videntur validiora rationum momenta, quibus jupatratonatus favore Fratrum prædictorum in proposito fulcitur, quam quæ & a præsumptione induci, & a Communitate comparari potuerint pro libertate, proindeque ipsos Fratres Scolarios in perita pro retentione clavium possessione credit manutendos.

Re enim vera eorumdem reædificatione propriis impensis facta anno 1738. sibi juxta Sacros Canones adquisitum jupatratonatus authumantes læpe memorati Fratres (44) de eadem non modo pluribus fidem fecerunt Documentis, veluti ex permissionibus a Superiori Ecclesiastico obtentis illa reficiendi, sive reædificandi ex Attestationibus reædificationem, sumptusque in eam factos comprobantibus (45), sed & Ecclesiam fuisse necessario restaurandam aperto probarunt, prætereaque siquidem aderat compatronus illum a se ad hoc monitum fuisse ostenderunt, nequid necessarii (46) prætermitterent.

Exhibitum siquidem ab ipsis fuit (47) præceptum Episcopi Novariensis occasione visitationis Diceceps anno 1733. habitu quo Oratorium Sanctæ Mariæ Magdalene suspensum fuit, quia ruinosum; quo vero ad aliud Sancti Quirici mandatum, ut ejusdem curaretur restauratio; Instrumentum deinde 11. Julii 1738. (48), quo constat Philibertum Scolarium ipsorum Patrem in jus vocasse Presbyterum Joannem Antonium Vianam etiam uti Tutorum Joannis Baptiste Vianæ, ut pro iis, quæ asserebat super dictis Oratoriis sibi competere iuribus expensas secum ipsi conferret, qui cum in jura successerit Francisci Vianæ, cuius privativi juris ab antiquo eadem dicebantur tamquam eorumdem Advocati, & Patroni de illis reficiendis cogitabat, distinque Presbyterum omnibus potius iuribus renunciasse. Preces tandem diei 16. Julii 1738. (49) Generali Vicario Novarite datas ab eodem Philiberto Scolario, in quibus exposto Oratoriis Sanctæ Mariæ proprie ruentis statu, illud reædificandi facultatem exquisivit, quippe juris Patronatus Francisci Vianæ, cuius ipse erat successor, atque votum Præpositi Burgi Manerii Delegati a dicto Vicario illas subsecutum, quo accurate descripso pessimo ambo rum Oratoriorum statu alterum tantum restaurari, alteriusque situm pro Sacrario adaptari consultius dicitur (50). Et postremo alias preces, quibus reædificatum præscripta forma Oratorium juris Patronatus prædicti mortuo Patre iidem Fratres Scolarii petierunt (51); quod & concessum fuit, & mandatum per Sententias 21. & 23. Aprilis 1765. Vicario Foraneo regionis, ut illud benedicter sub titulis Sanctæ Mariæ Magdalena & Sancti Quirici (52), reservatis iuribus Communitatis, & Parochi, qui illi adversabantur.

Exa-

(43) Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 9. in princ.

(47) Sum. n. 213.

(44) Sum. n. 204.

(48) Sum. n. 219.

(45) Sum. n. 219. ad 330. n.

(49) Sum. n. 236.

340. ad 670.

(50) Sum. n. 241. ad 247.

(46) Arg. cap. 28. de præb. in

(51) Sum. n. 320. 322. 323.

321.

(52) Sum. n. 337. 331.

8

Exagitari quidem quæstio possit, an animum acquirendi juris patronatus haberet, qui hanc reædificandi licentiam efflagitavit, deque eo acquirendo satis expesie caurum fuerit apud Judicem Ecclesiasticum, quod cæteroquin necessarium esse inter omnes convenit (53). Ait cum Philibertus Scolarius prædictam meditans restorationem, reædificationemve Præsbyterum Joannem Antonium Viaranam coram dicto Vicario Generali evocasset; ut vel renunciaret assertis juribus, vel in expensas concurreret, ut animadversum, renunciationemque ab eo obtainuerit, atque in precibus deinde porrectis eidem Vicario expresserit illud esse sui juris patronatus, quis inficias iverit animum, sive retinendi successionis jure (quo profecto de jure nulla fuit a Communitate in actis quæstio exagitata), sive ex reædificatione illius adquirendi satis fuisse declaratum, maxime si conjecturis faciendis est locus (54). Ordinarioque Ecclesiastico fuisse oftensum, qui si illud confessit, ut ad reædificationem manus apponenter, Patronatus quoque juri adhæsisse juxta juris dispositionem dicendum est. Hujus sive retenti, sive de novo acquisiti juris Patronatus aliud præterea argumentum iudeum collokarunt, tum in clavibus penes se a triginta annis, & ultra existentibus, hoc Attestatione 30. Maii 1767. (55) non modo probantibus, sed & Capitulo ad hanc rem deducto (56); quod licet ad simplicem custodiæ evenisse velit Communitas (57), Fratribus tamen alia faveret præsumptio, cum dominii speciem hoc designare potius valeat, (58) tum ex eo, quod Instrumentis, precibusque, ac Decretis superius recentibus (59) dicti Scolarii, uti Patroni vocentur, atque eriam ex gentiliis stemmatibus, quæ ibidem pieta reperiri se probasse existimaverunt.

Quæcumque tamen fuerit de hinc postremis probatio, atque esse posse in proposito prædictarum enunciatiivarum, uti loquuntur, vis, illud præ oculis habendum est nulla amplius omnino ratione in dubium revocari posse dictam Oratoriæ jam interdicti restorationem, seu potius reædificationem tot probatam Documentis de eadem vel prædicta Sententia 23. Augustorio Sandi Quirici per Supplicantes, eorumque Genitorem reædificato.

Quod & in alia præcedenti diei 21. dicti mensis agnitus quoque fuerat in iis verbis (60) Oratoriæ reædificati, seu refædi, constare Communitas putet, qualem qualèm solummodo admittens (62), perpendere tamen posset sacrorum Canonum di-

(53) Rota Decis. 163. n. 10. sposi-  
part. 2.  
Desargn. part. 1. caus. 4.

caſu 3.  
Lambert. de jurepatr. lib.

1. part. 1. quæſt. 6. art. 7.

(54) Rota Decis. 568. n. 5. part.

4. recent. tom. 1.

(55) Sum. n. 338.

(56) Sum. n. 514.

(57) Sum. n. 613.

(58) Arg. l. 74. de contrahend.

emptione.

(59) De quib. Sum. n. 219. ad

338.

(60) Sum. n. 331.

(61) Sum. n. 337.

(62) Sum. n. 405.

positionem, juxta quos tum eriam reædificata Ecclesia dicitur acquirendi jurispatronatus caussa, cum nova, ut in præsentia indigeat benedictione, vel consecratione, quoties uno verbo in eadem antea interdicta novi operis gratia celebrari potest (63), quin sumptuum in id impensum ingens quantitas sit exigenda, qua tamen in præsens librarium bis mille, & ultra imperiales excescit.

Potro hac ratione iis omnibus, ut in præsentibus concurrentibus, quæ sacri Canones requirunt jus patronatus acquiri certo certius est vel ab ipsis, in quibus urgentiores propter usurpationis periculum exigit Concilium Tridentinum probations. Non valet itaque argumentum, quod Communitas (64) adduxit in contrarium Fratres scilicet Scolarios uti velle, & Instrumento renunciationis, & reædificationis, quando tamen primo obstat defectus authoritatis in Renunciente, alteri illud ipsum Instrumentum, quo si utatur perpetram de jurepatronatus acquirendo cogitasse reædificationis tempore vellet ostendere. Itud enim unico hoc dilemmate solvit; vel juxta Instrumentum transactioñis jam antea dictum Oratorium erat jurispatronatus, & ex reædificatione nihil in contrarium colligi potest, quin immo eadem potius fuit confirmatum (omissa nunc privata contentione, quæ inter cessionarium, & cedentem posset oriiri); vel erat liberum, ergo reædificatione fuit tale jus queſitum. Regerit quidem Communitas, quoties suspensa, interdictaque fuerunt Oratoria eorumdem refectionem nulli fuisse privato commissam (65): quid inde tamen? Nonne hoc in more positum est, "cum non soleant Ordinarii tempore visitationis de jurepatronatus, necessitate non exigente, ac nemine instante, pertractare. Huic præterea argumento eadem, quæ nonnullis aliis obstatet ex proprio scilicet posse illud concedi antea libera fuisse, quod tamen altiori egeret inquisitione, & deinde per reædificationem fuisse ademptam libertatem.

Nec felicius quid sibi omniari posset dicta Communitas, aut ex precibus Aloysii, & Francisci Fratrum de Viarana, atque Decreto ad eisdem edito anno 1609. (66), ceterisque aliis Documentis per eam produc̄tis (67), aut ex eo quod antiquitus ibidem adesse Parochialis Ecclesia, non enim hoc potremus satis elucesceret, deinde hæc omnia prædictam reædificationem tempore longe anteirent, proindeque ad summum vix quamdam veteris libertatis imaginem præferrent, specatim vero de veteribus Inventariis si loquitur bonorum Parochialium, in iisdem equidem hæc Oratoria describuntur; ast accuratas, perfectaque has descriptions non fuisse, quoties nil aliud objici vellet demonstrat jus ibidem reservatum addendi, vel diminuendi (68). Si de aliquibus constat impenſa a Communitate factis, levissimi eadem sunt momenti, & pretii. Non probavit demum Communitas, quod afferuit se

C

scili-

(63) Defarg. loco cit.

(67) Sum. n. 33. ad 140. n.

(64) Sum. n. 371.

430. ad 432.

(65) Sum. n. 362.

(68) Sum. n. 135.

(66) Sum. n. 29.

scilicet dictas quoque claves retinuisse. Quod autem pertinet ad Oratorii, sicutusque adjecti usum, maxime publicarum Processionum tempore a Communitate, & a Parocho retentum (69) hunc impedire in animo non habent dicti Fratres (70); sufficere proinde & potest, & debet, ut, quemadmodum ipsi professi sunt (71), ad Parochi nutum, fidelium devotionem Oratorium aperiant, claves vero penes se jure custodiæ retineant, quod & usui ibidem variis in locis recepto est congruum, ut fide 5. Augusti 1768. (72) probatur, & universalis confuetudini maxime consentaneum.

Quae cum ita sint, non dubitandum hoc in casu parvi fieri posse, alias tamen non contemnendam libertatis præsumptionem, cui & fidit Communitas, satisque de jurepatronatus favore dictorum Fratrum, in quo pro dictis clavibus retinendis manuteneri expostulant confitare. Fiscus propterea qui, si uti par erat, eique fuerat dicto Voto reservatione indictum, Communitas iterum ad eum a Fratribus factis exceptionibus configisset ejusdem Sententiae obtainendæ causa, antequam in causa progrederetur, eam a quacumque ulteriori judicii prosecutione abstinere debere monuissest, legitimum in primis existimans prefens judicium, exceptiones, quæ narratae clavium retentio Fratribus de Scolariis a Communitate opponuntur, rejiendas esse.

Voti idcirco est posse a Supremo hoc Ordine declarari subsistere hoc judicium, & prædictos Fratres Scolarios manuteneri in quasi possessione propositi jurispatronatus, ut retinere valeant claves dicti Oratorii, tempore tamen, & occasione, de quibus supra (73) aperiendi. Taurini die 1. Octobris 1770.

(69) Sum. n. 17.

(72) Sum. n. 684.

(70) Sum. n. 526.

(73) Dicitis num. 523., & 526

(71) Sum. cit. n. 526. & 523.

## FONDAZIONE MARAZZA

Firmat FABAR.

V. Se ne permette la Stampa.

## DAMILLANO Relat.